



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

Tituli Canonvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

Cum igitur ex notis Capuensis Concilii manifestum sit , tempore Siricii pontificis, mandato eiusdem Concilii, Bonosum hæresiarcham ab Anysio Theosalonicensi episcopo damnatum esse , ad hæc tempora Siricii hanc Synodus Arelatensem II. referendam esse putavi. Spero futurum , ut sententia auctoritate aliorum scriptorum destituta , per rationes supra allegatas pondus deinceps & auctoritatem accipiat.

<sup>d</sup> Eos qui.] Ex hoc Canone claret plures esse Nicenæ Synodi constitutiones, quam viginti, cum ista non sit de illarum numero. Idem in Arelatenſi Concilio Can. 14.

CONCILIVM<sup>b</sup> ANDEGAVENSE  
IN ORDINATIONE TALASII EPISCOPI  
celebratum i. v. Nonas Octobris, Opilione. V. C. consule,<sup>c</sup> anno Christi CCCCLIII. Valentinianni IIII. Augusti XXVIII. Leonis I. pape XIII.

TITVL CI CANONVM.

- I. Ut clericie episcoporum iudicio acquiescant : illis inconsulis secularia iudicia non expetant, nec ad alium locum transeant ; & sine illorum literis non peregrinentur.
- II. Ut diaconi presbyteris humiliter deferant.
- III. A violentia & perpetuatione abstinentum.
- IV. Ut qui ab extraneis feminis reuocare senolunt, non ministrent, & ulterius non prouehantur. Qui vero tradendis vel capiens urbibus interfuerint, a communione & coniuicte arceantur.
- V. Ut qui accepta paenitentia resiliunt, & sanctimoniales que decidunt, communione priuentur.
- VI. De iis qui alienis vxoribus coniugii nomine abutuntur.
- VII. Qui religio clero ad facultatem militiam se conferunt, ab ecclesia eiiciendi.
- VIII. Ut monachi, qui propositum deserunt, & sine literis vagantur, ad communionem non recipiantur.
- IX. Alieno clero episcopus gradum ne augeat.
- X. De laicis excommunicare non liceat, nisi probatis criminibus.
- XI. Qui digami fuerunt, diaconi vel presbyteri non ordinentur.
- XII. Ut paenitentia conuersis omnibus pateat , & pro episcopi astimatione venia concedatur.

P RÆFATI O.

VM ad ordinandum episcopum in ciuitate Andegauo-  
rum episcopi conuenissent, &<sup>d</sup> Talasius esset episco-  
pus ordinatus, omnibus pariter residentibus, Leone, Eu-  
stochio, \* Chariatone, Rumorido, \* Viuentio, <sup>e</sup> Victorio, <sup>f</sup> centio,